Hæc cum dictus M. le Seigle ex scripto recitasset, eorum traditum singulis procuratoribus exemplum huic apographo, quasi aliquid egregium; Tum verò de quibusque supplicibus studio M. Gilberto Herbert vrbitatis prohyndicio, dimissa ad deliberandum nationis, postrà per omnes procuratores rebuerunt sibi placere indulgeri quemque illis supplicibus quod petierant atque vtà concluso à D. Rectore.

De postulatione verò M. Petri le Seigle, nihil dicti prohyndicium, q. se non illorum esse quod sibi vellet. Nationis verò sic consensum; Honorandis qd Gallorum, dandum esse illi actum; fidelissæ quicardorum; se non intelligere quid sibi vellet dictus M. le Seigle, nec intelligere posse, donec facta esset lux dictis scriptis; venerandæ Normanorum de ea re nihil deliberarunt; constantissæ Germanorum, idem censuisse quod honoranda. Hæc Rector secundum ~~Germanorum~~ Gallicanam et Germanicam concluxit.

Confirmati verò quadramviri M. Gilbertus Ogier, Bac. M. Franc. Carrette Bac. Theol. Gabriel le Cautois Bac. Theol. et literarum humanarum professor; et Lexovio et M. Edmundus Kily Bac. Theol. præstitoro, quod fieri solet, sacramento, in concilium monitis post longam deliberationem vt tulerunt per Gallicanum le Seigle in Rectorem M. Stephanum Mallemeur Licentiatum Theologiæ et celeberrimi sententiam professorem; quæ electio ab omnibus singulis 4 nationibus confirmata est.

Postridie autem, S. die 17. decembris, hora 7a matutina apud Maturinum inductis à novo Rectore Comitiis ad sui instructionem, sancta formatione, ipse postulavit vt hæc sui electio rata et grata habetur; eamque ratam et gratam habuerunt omnes et singuli tum Regentes, tum procuratores, postq. Ita Rector ipsius instructi, de præcipuis rebus et negotiis Academiæ.

Die vltima decembris ibi honoranda Gallorum natio apud Maturinum officium magni Nuncij pro diœcesi Episcopatus Belmitensis vacans per obitum Joannis Antheaume contulit Claudio Rue cuiusdam Franciscani, qui solita juramenta præstitit.

PETIT PAPIER AVG. EN FOL. FEUILLE 4D.

Conclusiones Vniuersitatis Ann. 1692.

Die 5. Januarij 1692. In comitijs Deputatorum Vrbitatis ordinis apud D. Rectorem, M. Stephanum Mallement in Collegio professoris habitis, quibus cum illo interfuerunt DD. MM. Guichard Theologicus, Cugnet consultissimus Mathesis Saluberrimæ Facultatum Decani; le vasseur Gallicanus, Lebault picardicus, Bouchard normanicus, et de la pierre Germanicus nationum procuratores, atque una cum ijs officiarij.)

1 Adinistis supplices pro literis nominationum titulo Magistrij in Artibus et Quinquennij Joan. Bap.ta Aufray Cenomanensis, Gasparius Lud.us le Cordelier de la Broste, Joan. Bernardus Gaye Parisinus, et Egidius le Piperel Bajocanus, easque illis concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

2 Retulit ornatissimus Gallicanæ Nationis procurator, quâ de re illi negotium datum fuerat, In comitijs proximè superioribus, minorum vt examinaret Bursarum quendam Collegij Turonensis nomine Henricum aliàs Moytié, de quo conquestus fuerat dictus Collegij primarius, quòd non studeret, neque Scholam frequentaret, nec Bursarij et Scholasticij officium impleret; placuit dari dicto Bursario spatium temporis vsque ad paschalia, eâ conditione, vt assiduè Scholam frequentaret, et Bursarij officio fungeretur, cujus rei duo testimonia afferret; altero vigilantissimi gymnasiarchæ, altero professorum, quibus constaret vtrique satisfecisse; quo paschali tempore rursus se sisteret coram ornatissimo Gallicæ procuratore, vt ab eo tenteretur, an aliquem in literarum studijs progressum fecisset, atque ita pariter conclusum.

3. Quòd verba facta sunt de exigendâ summo jure rationum redditione ab heredibus D.i Dacole, placuit cum illis agi intra octo dies per sapientissimum consultissimæ Facultatis Decanum, ornatissimum picardicæ Nationis procuratorem, per syndicum vrbitatis et quæstores erarij, an velint controuersias, quas illi mouerunt amicè componi; sin minùs, tradi D.o Gellet instrumenta necessaria ad æstimandas litium impensas, atque ita ab amplissimo D.o Rectore conclusum fuit.

Die 9.a Febr. in comitijs Deputatorum vrbitatis ordinis apud D. Rectorem 3 professorum habitis;

1 Supplicarunt pro literis nominationum franc. Josephus de Montmignon, Clericus Ambianus, Joannes des Moulins le Boucher, Carolus de la Mare parisinus, Joannes Herault Tricassinus, et Ambrosius Troussier, atque illis concedi placuit.

2 Audiendis acceptis et expensis rationibus ab Erarij Academici quæstore reddendis designatus est dies Jouis vigesimus primus hujusce mensis.

3. Quod in Nationis Gallicanæ comitijs ad examinatores Candidatorum Baccalaureatus in Artibus eligendos nuper habitis, M. Jacobus le Maitre electus fuisset Examinator pro Tribu Senonensi, gratentis tribus ejusdem nationis et Tribus

Baccalaureis, nimirum MM.ris Bidault, Laumonier, et Malfalcon,
quorum singuli ad illud quoque munus obtinendum aspirarent; Atque hi tria
contenderent illum non rectè atq; ordine electum fuisse, quia sunt hoc anno
vicis Baccalaureorum, M.ris verò le Maitre dicerent non esse Baccalaureum,
sed Magistrum tantùm in Artibus. Ille verò respondit, se qd. non ee Baccalaureu
sed Collegij Burgundici Capellanum et coadministratorem, roqs nec cooptatum fuisse,
in Nationem tanquam magistrum in artibus, qui in Vrbitate alicui honesto muneri
præpositus esset; Ejusmodi autem Magistros, tametsi non sint Baccalaurei,
in Ordine tamen Baccalaureorum censeri ad obtinenda Naois munera,
Ideoqs se rectè electum fuisse Examinatorem vice Baccalaureum recurrente,
neqs tantummodò electum, sed et eo munere jam functum fuisse. qua de
controversiâ audito M. Gilberto Hebert prosyndico vrbitatis, Illud quæsitum in
Judicium venire visum est, vtro in Ordine, Baccalaureorum ne, an professorum
habendus sit dictus M. le Maitre; Rogatis verò ac dictis sententijs, placuit
antequam ea controversia decidatur, congregari primo quoque tempore Nationem
Gallicanam ab ornatiss.o ejusdem procuratore, vt duo decluret; altera, si vtro Ordine
Bac. an professorum censendus qutet tribules Magistros, qui nec professores
sum, si aliquo celebri Collegio, nec Baccalaurei, et sunt tb si Naois cooptati
eo nomine, quod alicui honesto muneri sint in aliquo minori Collegio
præpositi; Alterum, vt eadem Natio definiat, quid intellectum velit per
honestum aliquod munus; Interim prædictum Examinatoris munus
geri placuit atq; administrari ab eodem dicto M. le Maitre, atq; ita conclusum fuit.

4 Quod ad componendam amicè controversiam si fidelissi.o quicardorum Naone
ortam de Electione Minoris Appantoris, M. Antonius Laurent quidem
Naois Ex procurator pro bono pacis et concordia transegerit cum Joanne
Garçon, qui se rectè atq; ordine electum fuisse Apparitorem contenderet;
Vnus autem M. Jacobus Robault, qui dicto Joanni Garçon suffragatus
fuerat, interessent, quò minùs ejusmodi decisio huic transactio valeat,
et rata habeatur, atque Ille citatus ad Tribunal Rectorum, vt interessumia
causas perferret, 1.us rejecit sapientiss.o consultiss.o facultatis decanum
D.m Cugnet, et ornatiss.os quicardos Naois procuratores, D.m Lirbault,
ne in judicandâ controversiâ Judices sederet; et pratum MM. Petrum
de Lengles et Gilbertum Hebert, alterum vrbitatis syndicum, altera absente
Syndico prosyndicum, ne alteruter sundici munere fungeretur propter
causas in libello supplice contentas. Dequa rejectione deliberatum non fuit
propterea quod duo quoris, et M. Gilbertus Hebert, qui aderant, dixerunt
se velle vltrò abstinere à Judicio. M. verò Petrus de Lengles, qui
aberat, existimatus sit in eam quoque rejectionem consentire; sed MM.
Lirbault et Hebert professi sunt, se ad futuros tanquam pactis, vt Naois
causas dicerent, et transactionem tuerentur. Demùs quod ad causas

Gilbertum

Int. dec. Sporium pertinet, negauit M. Jacobus Rohault, se res prolaturum eo ipso die, postulauitque sibi dari tempus vt se ad diendas rationes compararet, quod ei concessum placuit vsq ad proxima comitia, atq ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 12. Feb. Normana natio

Petrus magnus Decanus pro Decanatu vacante per obitum Jacobi Gobard canonici. Stephano Vernier.

Die 1a Martij 1692. in Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinis Sorbona plusquam habitis vbi cum D. Rector introduxisset D. Richard Thrice, Monsr. canonicus, Magrei Siluernius facultatis Decani, Laurin pro procuratore Galliano, Lirbaud Picardus, Vadlorge Normanus et Magenus Germanus Nationum Procuratores atq vna cum ijs Officiarij.

Supplicarunt pro literis Noarum Ludo. Nolle sbr Parisinus et doctor Theologus titulo doctoratus et decennij; Joan. Bapta le Pied clericus Parisinus, Joan. Salomon sbr Rutherenensis, Petrus Danoy sbr Suessionensis, et Jacobus Stephanus Kouppin sbr Bellouacensis titulo Magisterij et artium et argentiq. vtrique illi concessi placuit.

2 Actum de negotio Nationis Picardiae, quantum id scilicet pertinet ad Intentionem M. Jacobi Rohault aduersus transactionem cum Joanne Garçon factam, ac placuit vnanimitas amplius deliberari.

3 Negotium datum Dis Magenis, Lengler et Mesber vt cum D. de Voernaise examinent controuersias quasdam impensas a D. Daule factas, earumq impensarum instrumenta

4 quod nomine Vniuersitatis injecta sunt manus Regia in Praedia et possessiones D. de Rousseraeau et D. Terrat, quodque dicta D. de Rousseraeau obtulit numerare praesenti pecuniâ septem libellarum millia, et impensas jam aduersus ipsos factas, rependere, modo Vniuersitas desistat ab eâ injectione, sibique praestura vtique detur tempus annuum ad reliquam pecuniae summam, quam debent, persoluendam, placuit. Has conditiones accepi, et qui rem illam curent, delegati sunt Dni Mathei et Rocher, atque ita in omnibus ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 4 Martij habita sunt Comitia Deputatorum Vniuersitatis ad aperiendum de more rotulum, placuitque eum moris vsq et vsque retineri; atq ita conclusum.

Die 17. Martij in Comitijs Supplicatorijs apud Maturinenses habitis, 1us in angulo peristylij supplicauit pro literis noaeus Robertus Rucher sbr Andinus, rataq illi concessi placuit; deinde in Capitulo postquam D. Rector peroratum, ac probata se de mora quia egisset, processum est ad aedem Sorbonae sub Inuocatione Spiritus Sancti et Socianus.

Die 24. Martij in Comitijs Rectorijs apud Matur. horâ decimâ matutinâ habitis, facta supplicandi potestate, 4 supplices accesserunt, 1us Joannes Bapta de Sarni archidiac. Trelatensis, quod abesset a Schola negotijs grauibus et necessarijs praepeditus, cum prior Logicorum catalogus confecetur, idcoq non potuerit in eo nomen suum inscribere, petijt, vt sibi mihi liceret ad examina Magisterij et artium admitti;

2us Agidius Loustron de Ballon, postq dixit se in duobus tribus ve catalogis non scripsisse Loustron, quod est gentis et familiae nomen, sed tantum de Ballon quod est agnomen ex Clientela quadam asertum, idque in magistratu fecisse, petijt sibi admitti ad examina Magisterij et artium habendum et argentiliter noe Loustron.

3.q Carolus Hebert Rotomagensis postquam exposuit se cursum philosophicum inchoasse à Remigialibus et absolvisse ad postremos anni indutias, sed quod per sex menses ab huiusce morbo gravi implicitus, cujus rei fidem fecit Complexiones virorum gravissimorum, etiam Medicorum testimonijs, petijt ad examen magistrij in artibus vigilantissimè admitti, rà lege, et tres praetera menses studeat rebus physicis.

4.q Guill. Colon Sebr Lugdunensis, quod M. [illegible] caeur de Roy, quo physicam professore usus fuerat, longè hinc abisset, atq; adeò non haberet ab eo testimonij conficiendi, sed tantùm à gymnasiarcha, petijt sibi admitti nihilominus ad examen magistrij.

De quibus supplicum petitionibus audito M. Gilberto Herbert Universitatis Syndico, admittisq; ad deliberandum Nationibus, postea ex earum placitis per ornatissimos procuratores relatis, amplissimus D. Rector pronunciavit placere indulgere, tribus primis supplicibus quod petierunt, rà lege et adeam integerrimos censores, quod adire neglexerant; 4.um verò supplicij rejici, donec afferat testimonij professione, quem migrasse ab hac urbe, non verò è vitâ constare; atq; ita concluditur.

Confirmati à 4. Nationibus singuli quadumviri, n. D. Willard professor physicus, Guill. Jourdain Rhetor Cadomensis, Thomas le Chartier Licentiatus Theol. et francisc. Thouastre viri procuratorius, praestito de more sacramento, in conclave ingressi ac postea per hallucam retulerunt se Rectori fasces D.o Rectori prorogasse; quae prorogatio ab utrisq; singulis nationibus rata et grata habita est.

Die 12. aprilis In comitijs deputatorum Universitatis ordinis quod D. Rector professio habitis supplicaverunt pro literis nominandum Joannem du puis clericum Laudunensem, et Michael Therouze acolythum Noviomensis titulo magistrij in Artibus et quinq. eisq; concessae sunt.

2 Ex plurimis antea contendentibus de munere examinatoris Baccalaureum in artibus pro Tribu Senonensi in honorandâ Gallorum Natione, cum eò res redacta esset, ut duo tantùm superessent qui de eo munere contenderent, nimirum MM. Carolus Thoreau et Franciscus Laumaner Baccalaurei, auditis ambobus, eorumque momentis et rationibus maturè perpensis, placuit praeditum Carolum Thoreau fungi dicto munere examinatoris, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluditur.

3. Quod M. Jacobus Rohault porrecto novo libello supplice postulavit ut antiq. controversia de munere minoris Appantoris Navis Picardicae judicetur, secum communicentur commentarij praedictae Nationis, qui sunt apud eiusdem Navis quaestorem, placuit illos commentarios cum illo circari coram amplissimo Gallicanae Nationis procuratore et M. Francisco Baillé syndico nisi in hac controversia gerant, et praedicta instrumenta litis intra quindecim dies tradi praedicto syndico vetis queant, ne vobis amplius mora rei et controversia proximis comitijs judicandae ac penitus decidendae injiciatur, atq; ita ab amplissimo D. Rectore concluditur.

4 Rogatus et sapientissimus salubernimae facultatis Decanus ut mihi cum

quaestore

PETIT PAPIER DE SOIE ANG. 49

quæstore tria libellarum millia quæ à D.no de Rousseau offerentur, ipse percipiat, atque eam summam, atque id quod residuum superest ex septem millibus jam perceptis, atque à Rota D.ni de Rousseau antea solutis, distribuat Creditoribus Vrbitatis.

5 Placuit à quæstore Academico dari D.o Des vernais causarum in parlamento cognitori nonagint. à libellis ob nauatam operam in examinandis ijs impensis, quæ ab heredibus D.ni d'Aiole persolvuntur.

6. Præterea ab eodem quæstore dari duos Ludouicos aureos amanuensi D.ni Fouvnet substituti D.ni Procuratoris generalis, atque ita in vsu ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 15. aprilis 1692. quæ est 1.a martis post Dominicam Albis habita est apud Maturinenses Synodus Beneficiariorum Vrbitatis vbi comparuerunt tantum M. Joannes Choart doctor theol. et pastor Ec.ae S.ti Germani veteris, et M. Egidius Rouillé Capellanus Cap.nae vnius è trium Castelli; M. verò Hugo Mc. Cordier Capellanus vnius è S. Jacobæanis se excusauit per literas quod Cluniæ commorans, vbi est Canonicus, adesse non potuisset. Cæteri qui se excusarunt, neque se excusandos curauissent, et M. Nicolaus Matheau pastor Ec.ae S.ti Andreæ de Arcubus, et M. Mc. Brebis pastor Ec.ae SS. Cosmæ et Damiani; MM. Petrum le ~~Barbier~~ Verrier, Petrum le Barbier, Bernardum Colon, Edmundum Chalgrain, et Petrum Froulet Capellanos, quorum vnus M. Le Verrier obtinet 4 Capellanias placuit multari multâ illata, nimirum singulos singulis nummis aureis; M. verò Jacobum le Gentil, quod à 12 ad minus annis, neque per se, neque per procuratorem comparuit totidem nummis aureis, quot anni effluxerunt à quo tempore non comparuit atque ita ab amplis.o D. Rectore conclusum fuit.

Die 21. aprilis in Comitijs Deputatorum Vrbitatis apud D. Rectorem in Aula pleniori extraordinem habitis, quod vbi facta sunt offerri à Dominâ de Rousseau præter tria libellarum millia, de quibus in Comitijs ord.rijs et menstruis ~~[illegible]~~ et superioribus actum est, aliam præterea pecuniæ summam, placuit eam quoque percipi per Sapientissimæ Salubernæ Medicorum facultatis Decanum vnâ cum quæstore, et distribui vrbanitatis Creditoribus, atque ita à D. Rectore conclusum

2 Probatum est, quod significatum fuit et denunciatum fabro Lignario, nae Pictori, nimirum Vrbitatis paratum esse ei persoluere præsenti pecuniâ quod illi ab eadem debetur, deducendo summam ducentarum libellarum quæ pretio emit quædam ligna, quæ euehenda curauit ex demolitione aduum veterum Collegij Sanctæ Barbaræ, atque ita factum conclusum fuit.

Die 3. Maij in Comitijs Deputatorum Vrbitatis ord.rijs apud D. Rectorem ~~[illegible]~~ pleniori habitis, supplicauit pro alteris nominatus Mc. Marmiray Clericus Camerlacensis

1

titulo Magistri, et ab eis, et quemquemvis, ratas illis eundem plenum.

2 Quod de Renatio Lud.co Moghé Collegij Turnenensis Bursario vigilantissimo, gymnasiarcha jam anno superiore conquestus fuerat, quod non studeret, neque Scholas frequentaret, nec Bursarij ac Scholastici officio fungeretur; Atque id etiam ita esse cognitum fuerat per ornatissimum Gallicanæ Nationis procuratorem, cui id negotij datum fuerat, vt prædictus Bursarius examinaret, cum eo tamen mitius agi placuerat, quam vt statim in eum animadverteretur, dato vsque ad paschalia spatio, vt se ad meliorem frugem se reciperet, et assiduè Scholam frequentaret, et Bursarij officium impleret. quo paschali tempore se rursus sisteret coram matissimo Gallicæ procuratore, vt ab eo rursus tentaretur an aliquem progressum in Literarum studijs fecisset. Postquam idem matissimus procurator retulit, nihil illum profecisse, seque etiam resciuisse ab eo professore, quem audire deberet in sexto Collegij stellari ordine, illum Bursarium rari admodum in Scholam venisse, placuit vnanimi consensu illud ipsum significari per Syndicum vrbitatis reuerendo admodum prouisori bursarum dicti Collegij Turnenensis, vt alium Scholasticum literarum studijs idoneum velit nominare ac prouidere de bursa, quam obtinet dictus Moghé; sin minus ab vrbitatis prouisum iri, atque vti ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

3 D. Matthæus pastor Ecc.e Chr. Andreæ de Arcubus admissus petijt, vt hæc vrbitas velit accedere ad causam suam aduersus pastorem Ecc.e Chr. Salsetij in lite inter eos orta de finibus regundis; placuit vt de re consulti quatuor, ac si illis ita visum fuerit, interuenire in conditione vt D. Matthæi vrbitati propter indemnitate, atque vti conclusum.

4. Ad dirimendam ac sedandam penitus, diu multumque disceptatam de minore fidelissimo picardorum Nationis Apparitore controuersiam, cujus decisio huc vsque dilata est ob interpositas sæpius nouarum petitionum moras; vt jam transactione coram Notarijs initâ die 3. decembris proximè superioris inter ejusdem Nationis procuratorem, Decanos Tribuum et complures Magistros ac Tribules ex vnâ parte, et Joannem Garçon ex alterâ; cui transactioni vetus refragabatur M. Jacobus Rohault; quo cum antea non semel, tum etiamnum hoc ipso die rursus audito; auditis vicissim pro ea qui transegerant, M. Lud.s Libault ad ea quæ dictus Rohault objecerat, responsionibus; audito M. Francisco Baillé Syndico in hac duntaxat controuersiâ vices gerente; visis obq. litis instrumentis, re maturè examinatâ; considerato etiam eo, quod dictus M. Libault procurator palam in Comitijs declarauerat, Neminem jam haberi suspectum corruptelæ, de quâ rumor antè fuerat; rogatis dictisque sententijs, placuit pro bono pacis prædictum Joannem Garçon minorem fidelissimum picardorum Nationis Apparitorem censeri; eo munere deinceps perfungi; eique et clauam argenteam tradi, et ejus muneris fructus et emolumenta persolui ab eo die, quo transactio facta est; Atque eidem protenus aut literas prouisionis à dicta Natione concedi, aut certè præsentem hanc conclusionem et sententiam loco prouisionis haberi. Et quod idem M. Jacobus Rohault contendebat aliquas pecuniæ summas à M. Richardo de Forceville picardicæ Nationis quæstore nec rectè impensas, nec earum expensarum rationes legitimè approbatas fuisse,

vtque vt

visum est eas impensas, de quibus nulla mentio facta est in transactione, ad fidelissimae Nationis judicium remitti oportere, adeoque ab amplissimo D. Rectore conclusum est.

Die 6. maij natio Germanica apud Maturinenses officium magni Nuncij pro Civitate et dioec. Nidrosiensi in Norvegiâ vacans per obitum Illustrissimi Coquetel contulit Antonio Rambaud civi parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 7. ibidem Natio Gallicana officium Magni Nuncij pro dioec. et Episcopatu Castrensi vacans per obitum Anneti Rivet contulit Nicolao Le Vacher civi parisiensi, qui solita pariter juramenta praestitit.

Die 22. dictus est à D. Rectore in Scholis Sorbonae extraordinarius panegyricus Lud.[ici] magni.

Die 23. Venerandae Normanorum Nationi apud Harcurium, officium Magni Nuncij pro dioec. et Episc. Sagiensi vacans per obitum Joannis Levée contulit Antonio Rambaud civi parisiensi qui solita juramenta praestitit; sed hic Rambaud, noster idem, qui paulo antè fuit à Natione Germanicâ institutus Nuncius pro dioec. Nidrosiensi.

Die 24. Constantiss.[ae] Germanorum Natio officium Magni Nuncij pro dioec. & Episc. Constantiensi in Helvetiâ vacans per obitum Francisci Bauffet contulit Petro David civi parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 28. Honoranda Gallorum Natio officium Magni Nuncij pro dioec. & Episcopatu Leonensi in Archiepiscopatu Turonensi vacans per abjurationem & Columbanam demissionem Petri Baronneau contulit Nicolao Parisiensi civi parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

Die 7. Junij in Comitijs Deputatorum Visitatoris ordinij apud D. Rectorem in plostro habitis, quod hoc anno pauci vnivisitatae Beneficiarij in Academicâ Synodo, quae quotannis haberi solet apud Maturinenses die Martis mane statim post Dominicam in Albis seu quasimodo, comparuerint; visum est fieri oportere à D. Rectore anno proximè sequenti vno saltem ante Synodum mense Mandatum, idque in Comitiis affigi, quo jubeantur stato ad celebrandam Synodum die duti Beneficiarij se sistere apud Maturinenses, ac denunciari, poenâ solitâ multatum iri, si qui semel defuerint, et majore, si plus semel, atque ita conclusum.

2 Supplicatum pro litteris nominatis Carolus Augustus Coulard Rothomagensis, Guillelmus Glon Lugdunensis, et Franciscus de Brussy Turonensis Bac. Theol. Quae illis concedi placuit.

3 Quod verba facta sunt esse aliquid dissolutum in quibusdam Collegijs, placuit ad singula Comitia, vnum aut alterum Collegium, hoc est Germanum & Bursatios citari, et si neutrum sit, lustrari ea quae lustranda videbuntur.

4 Negotium datum est, dis.[ris] le Vasseur Honorandae Nationis procuratori, Syndico et quaestori, vt perscripta quaedam impensarum nomina ab haeredibus D. Daude prolata examinent.

negotium quoque datum est ornatissimo Picardiæ Procuratori, et M. Gilberto Huber, ut aliquem secum pertum habeant, et ex ædibus, quas conductas habet D.ⁿ de Monaco, vitrorum trabem visitent, et quid faciendum videbitur curent, atque ita ab amplissimo D. Rectore concluso fuit.

Die 20. Junij in Comitijs supplicatorijs apud Mater. habitis, ⁱᵗᵃ de more consessum est in angulo peristylij, ut ibi supplicuissent, si qui essent, dari ut supplicandi locus, sed nulli accesserunt. Deinde in Comitio postquam D.ⁿ Rector peroratum probatis, quæ de conclusio gestissent, processum est ad Ædem Primariam sub invocatione B. Virginis, ubi D. Robertus doctor et professor Theologiæ Sorbonicus rem sacram fecit, D.ⁿ vero Navarre doctor Theologus concionem habuit. Inde eadem ope pregressi quæ ritum erat, reditum est ad ædem Maturinensium.

Die 23. Junij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses horâ decima matutinâ de more habitis, factâ supplicandi potestate, quatuor supplices accesserunt, 1ᵘˢ Joannes Audᵒ D'Offon nobilis Castrensis, M.ⁿ du Han celebrem in Sorbona philosophiæ professoris discipulus, quod nomen in priore Logicorum Catalogo petiverat non scripsisset, quia grambus de causis, quæ Religio rem spectarent, non potuisset ante Kal. Januar. adesse ad excipiendas professoris hujus Lectiones, cujus rei fidem fecit locupletibus gravissimorum virorum testimonijs. 2ᵘˢ Franciscus Guerin Sagiensis, M. Joannis de Kantelou celebrem in Harcurio philosophiæ professoris discipulus, quod nomen suum in priori Logicorum Catalogo propterea non scripsisset, quod academicum tum morem & institutum ignoraret. 3ᵘˢ Philippus Barry dioc. Cloynensis in Hibernia subdiaconus dati du Han discipulus, quod ignarus quoque tum moris academici, ut pote hospes & peregrinus nomen non scripsisset in priori Logicorum Catalogo. 4ᵘˢ Marcus Antonius Mallet dioc. Rotomag. pauper discipulus amplissimi Rectoris in Sorbona philosophiæ professoris, postquam exposuit se per biennium integrum philosophiæ operam dedisse, nomenque suum in utroque Logicorum Catalogo scripsisse, sed in priore physicorum idcirco scribere non potuisse quod per aliquot dies morbo tum impeditus esset, cum Catalogus ille conficeretur, ac in posterore scribere neglexisset, quia id sibi tum inutile fore putaret, ut pote qui de adipiscenda tum magistrij Laurea non cogitaret, ac postquam fidem fecit gravissimorum virorum, ac præsertim amplissimi D.ⁿ Rectoris testimonio se per integrum biennium, excepto paucis admodum diebus, quibus morbo implicitus fuit, assidue ac diligenter Lectiones philosophicas scripsisse et audivisse, idque petijt, quod earum supplices, ut sibi mihi licuerit ad examina magistrij in artibus admitti. De quibus supplicationibus audito M. Gilberto Huber prorectore, dum visum est placuisse indulgere prædictis quatuor supplicibus quod petierunt, atque ita ab amplissimo D. Rectore concluso fuit. Confirmati vero quadrumviri, nimirum M. Bonignus Caller Rhetor Gallicanus, M. Jacobus Urbanel Bac. Theol. & Philosophiæ Natus Exprocurator, M. Germanus Anger Bac. Theol. & Literarum humanarum professor in Lexovia, et M. de la Guerre Licentiatus Theologus, & tres Germanici Nationis Procuratores prædicto de more sacramento conclave ingressi sunt, ac postea per Gallicanus renuntiarunt se Rectoris fasces amplissimo D. Rectori prorogasse, quam prorogatio ab omnibus & singulis Nationibus confirmata est.

die 5. Julij.

die 5. Julij 1692. In Comitijs deputatorum Vniuersitatis ordinijs apud D. Rectorem in pleno Gallico
1 Deputati sunt, qui litem promouerent aduersus Pensionarios, et vocant
et paruarum Scholarum magistros ornatissimi Picardiae et Normanicae nationum
procuratores vnicum officiarij,

2 Negotium datum est Dominis le Vassew ~~[illegible]~~ ornatissimo Galliae procuratori, et
Huber Prohyndico, vt cum aliquo domorum tectore agant et conueniant
vt ad decem aut duodecim annos certo annuatim pretio aedes à D. de Monaco
conductas tegulis tectas partasque reddat, ad idque praestandum
se obliget, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 12. Julij in Comitijs Deputatorum Vniuersitatis apud D. Rectorem in pleno extra
ordinem habitis, quod expostulatum est, manere quosdam homines in Collegio
Lexouieo, qui ex statuto Vniuersitatis ibi manere non debeant, eum praesertim
hominem, qui canum gregem alat, et disciplinam Collegij perturbet,
Deputati sunt Dni. Sapientissimi Decanus Physicae et ornatissimi procuratores
Galliae et Picardiae, qui se transferant in dictum Collegium, dentque
operam vt ejusmodi homines è Collegio eliminentur, atque ita ab amplissimo D. Rect. conclusum fuit.

Die 24. Julij habita in pleno Comitia extraordinaria Deputatorum Vniuersitatis, in quibus
Lectus est Libellus supplex procuratoris et Bursariorum Theologorum
Collegij Lexouei postulantium fieri inquisitionem de multis capitibus ad
dicti Collegij disciplinam pertinentibus, facta deliberatione, visum est Deputatis
habenda esse Comitia extraordinaria, atque in ijs Gymnasiarcas et Bursarios
omnes Lexouieos audiendos esse de singulis capitibus in libello supplice
designatis, vt quod è re fuerit aequissimum ad instaurandam
dicti Collegij disciplinam statuatur, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum est.

Die 26. Julij in Comitijs Deputatorum Vniuersitatis apud D. Rectorem in
Sorbona pleno extra ordinem habitis, procuratori et duobus Bursarijs
Collegij Lexouei postulantibus fieri inquisitionem de multis capitibus
ad dicti Collegij disciplinam pertinentibus, permissum est, vt inquisitionem
illam faciant, si illis visum fuerit; atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 2. Augusti in Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinijs apud
1 D. Rectorem in Sorbona pleno habito, supplicatum pro litera
nominationum Antonius veron Lingonensis, Antonius Thibaud
Senonensis, Egidius Vaulegrard Bajocensis, Carolus Franciscus Bignon
parisinus, Carolus Colta Bellouacensis, Carolus Miler Senonensis,
Carolus Belliere Lexouens, Claudius Haias Benoist Meldensis,
Claudius prenost nouiodunensis, Claudius Galand Bellouacensis,
Daniel Rey de Morande Augustodunensis, Franciscus Boutroyer
parisinus, Guill. le maistre Stampanus, Dionysius Chauffepied
de puis martin parisinus, Jacobus Paucie Carnotensis

Jacobus Dionysius de Targiny Nouiodunensis, Jacobus de Cesne Lexouiensis, Jacobus Trouiller Cenomanensis, Joan. Jacobus Garnier Lugdunensis, Joannes le Tondelier Lexouiensis, Joannes Garnier parisinus, Jacobus arbiquie Lemouicensis, Laurentius osmond Ebroicensis, Ludouicus Jerrinier meldensis, Lud. Lucas le Chapelier Aremoricus, Ludouicus Amette Briocensis, Nicolaus Grauenterre Rotomagensis, Gabriel miolay Anguetri Carnutensis, Nicolaus Besnard Carnotensis, Nic. Boscard Bellouacensis, Nic. le petit Rotomagensis, Nic. Bellot Parisiensis Nouiomensis, Petrus Nepveu Senonensis, Petrus Ybert Constantiensis, Petrus Bonnedame Nouiodunensis, Petrus de Nanville Ambianus, Petrus Alexander Bouret de la Mazure Cenomanensis, Philippus de Cognion Aurelianensis, Robertus le Chat Senonensis, quo Emeric Maclouiensis, omnes titulo magisterij in artibus cum quinquennij, ratis illis diebus laudare concedi placuit quas petierunt atque sic à D. Rectore conclusum fuit.

2. quod Lud.cus Henricus Moytie antea Collegij Turonensis Bursarius decimo jam anno superiore vigilantissimi diuti Collegij primarius conquestus fuerat, quod non studeret, neque Bursarij officio ullâ ex parte fungeretur, postquam exploratum est ea vera esse quae vitio vertebantur dicto Bursario, eique multum temporis datum esset vt se ad meliorem frugem reciperet, alioquin Bursam eius declaratum iri impetrabile, idque illi semel atque iterum denunciatum esset, non tamen ille propterea vllo modo satis fecit; placuit dictam illam Bursam declarari nunc ipso facto vacantem, rursusque hoc ibi ad veneranda admodum diuti Collegij prouisorem, vt de illi Bursa quam primum prouideat, eamque alteri scholastico ad studia idoneo conferat, alioquin ab vniuersitate prorsus iri, atque id ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

3. quod M. Petrus Audran doctor in Theologia et Collegij Lexouiensis moderator porrecto libello supplice exposuit se reseruisse postulatum fuisse diuti Collegij procuratores et duobus Bursarijs vt sibi liceret inquisitionem facere de multis capitibus ad diuti Collegij disciplinam pertinentibus, idque illis permissum fuisse, tametsi nihil sibi ea de re prius significatum esset, quod fieri tamen oportuit vt pote cum ea res ad se ipsum diuti Collegij primarium pertineret; postulauitque vt ei conclusioni quae id permisisset die 26. Julij admittatur interedens; quae de re placuit concedi diuto Audran quod petijt, eumque et diuti procuratores et Bursarios ad proxima Comitia vocari, atque id ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die vndecima Augusti in Comitijs Reputatiuis vrbitatis apud D. Rectorem in Collegio Sorbonaeo habitis extra ordinem habitis, quod M. Petrus le Engler syndicus vniuersitatis vadatus est et M. Petrum Audran M. Germanum Roger, N. de Nouery procuratores diuti Collegij

Lexou

Lexouei Bursarios, vt hodie comparant apud D. Rectorem, vt ipse declaretur, eos proptereà incurrisse poenas Academicas, quod de controuersiâ inter ipsos ortâ tum de dicti Collegij principatu, tum de alijs rebus ad aliud tribunal se contulerint quam ad Academicum & Rectorium; 1.mo comparuit dictus M. petrus Audran, dixitque se vt respondeat ad vadimonium quod sibi denunciatum fuit, declarare se esse et semper fore in potestate D.i Rectoris & Academiæ nec vllo modo recusare, quominus in Tribunali academico ea controuersia, quæ aduersus se mota fuit, dijudicentur, hæcque declaratio subscripsit. Præterea postulauit, vt lite pendente conferretur sibi jus disciplinæ in dicto Collegio exercendæ, quod jam antea postulauerat per libellum supplicem die Martis mensis Septimo præteriti. Sign. Audran.

Demùm comparuerunt Dionysius de Nourry dicti Collegij Lexouei procurator, et petrus le Bas Bursarius Sophologus, ac declarauerunt se desistere à libello supplice, quem Eu.mo Cancellario obtulerunt, et à vadimonio, quod huic nomine denunciatum fuit M. petro Audran, hæcque omnia, quantum ad se pertinet, polliciuntur ac permittere iudicio vniuersitatis, subscripsit, Sig. de Nourry, Le Bas.

Postea M. Germanus Anger comparuit, atque interrogatus an Litem de Collegij Lexouei principatu inter se, & M. petrum Audran ortam velit permittere et subijcere Iudicio vniuersitatis, dixit se affirmare pro responso id, quod declarauit Syndico vrbitatis per instrumentum sibi hodie per apparitorem significatum, subscripsit, Anger.

Quo quidem responso, quoniam de postulatione M. petri Audran vt lite pendente sibi jus exercendæ disciplinæ conferretur, placuit salvo partium jure concedi dicto M. Audran quod postulauit, eâ conditione, vt hi in eo munere gerendo perturbetur, de eâ re ad vniuersitatem vt fiat, nec aliò quam ad Tribunal Academicum procedat

+ + quoniam dictus M. Germanus Anger Iurisdictionem vniuersitatis detrectauit, cum dixit se adhærere ei Instrumento quod Syndico per Apparitorem significatum, placuit dictum Anger subijci omnibus jugum Academicæ omnique suffragio actiuo et passiuo, Iuribus honorificis, sportulis, distributionibus, et quocunque pecuniario emolumento priuari, Ipso facto, + de postulatione vero M. atque vt ab angustiis D. Rector eximatur finem.

Præterea placuit Eundem M. petrum Audran et dicti Collegij procuratorem et Bursarios comparere primo quoque die coram D.o Rectore vt conueniant de factis in eo libello supplice contentis quem hi antea vrbitati obtulerunt, et de quibus necesse est Inquisitionem fieri, atque vt ab angustiis D. Rectoris eximatur finem

4. M. nicolaus Brebis pastor Eu.mi SS. Cosmæ et Damiani adnuntiauit postulauit, vt sibi vrbitas ad causam hanc accedat adversus plaures

Eccl. S.ti Sulpitij, placuit eâ de re unicuique patronos præsente Syndico
consultare, ac de eorum sententiâ, si ita illis visum fuerit, ad causam illam
intervenire, præstitâ prius à Duto D.o Brebi indemnitate.

3 M. Hieronymus Maison Neu Collegij S.ti Michaelis procurator
porrecto libello supplice exposuit rationes accepti & expensi, in dicto
Collegio redditi hactenus quotannis; à tribus tamen annis proxime præteritis
redditas non fuisse, quia duobus de dicti Collegij principalibus
contendentibus, reddi non potuerunt, postulavitque vi consuetudinis
aliquis virum vobis delegare, qui loco primarij rationes audiret,
idque negotij placuit dari Syndico visitatione ratione à D. Rectore cuilibet fieri

Die 14 augusti. 1692. In Comitijs præclaræ Facultatis Artium apud
Nationem Sorbonicam hora 7.a matutina habitis, postquam D. Rector exposuit
statum esse hunc ipsum diem ad eligendos examinatores, qui tentarent
in secundo examine eos Candidatos, qui cum jam essent Baccalaurei
in Artibus, ad Licentiam in Artibus aspirarent, M.
Garçon Doctor Theologus cœpit nominare quatuor viros designatos
ad id munus, tum M. Gilbertus Hebert pro Syndicus interessit
ne dictus M. Garçon Cancellarij vices ageret antequam fuisset à
Cancellario B. Mariæ præsentatus, quod quidem his in Comitijs
fieri oportuit. Respondit autem M.r Garçon se jam antea schedam
à dicto D. Cancellario subsignatam detulisse ad amplissimum
D. Rectorem, quâ schedâ testatum fecisset dictus Cancellarius
se designasse dictum M. Garçon in procancellarium; sed quoniam
Cancellarius aut his comitijs adesse debuit vel id ipse testaretur,
aut, si adesse non posset morbo aliquo impeditus, legitimum
designationis hujus testimonium mittere descriptum Amplissimo
D. Rectori et præclaræ Artium Facultati; quæ inscriptio
ejusmodi cum non esset in eâ schedâ privatâ, quam ad D.
Rectorem detulisset, ideo addidit idem M. Hebert se rursus
intercedere, quo minus ejus ulla ratio haberetur, neque passurum
alios his in Comitijs Examinatores eligi, quam qui apud Stam
Genovefam Examinarent; quos cum M. Le Febure
Doctor Theologus S.tæ Genovefæ procancellarius designatos
nominasset, vel eos quatuor Nationes comprobarent, si
probandi viderentur, cum dictus M. Garçon postularet
ut ad Examen apud B. Mariam exercendum Examinatores
quoque eligerentur et comprobarentur sub eâ cautione,
quæ prorsus fit ac in se recepit se primo quoque die
delaturum esse ad amplissimum D. Rectorem testimonium
à Dicto D. B. Mariæ Cancellario inscriptum amplissimo

D. Rectori

D. Rectori et praclaro Artium Facultati; idque In deliberatione
missum quoque Delitiis Parisiensium D. Rector,
quia dictus B. Vinsard Maria Canillamia
notorio morbo jamdiu implicitus ac domi detentus
esse dicebatur. Itaque dimissa ad deliberandum Nationis
nostra cum per ornatiss.os procuratores retulerunt se legisse &
confirmasse ad examen quod fieri solet apud S.tas Genovefam
pro honorandâ quidem Natione M. Petrum Claudium du Costé
Licentiatum Theologum et apud Regiam Navarram philo pro professorem;
pro fidelissimo M. Franciscum Carette Bac. Theologum; pro venerandâ
M. Le Blond Bac. Theol. et In Marchiano philo professorem;
pro Constantiss.o M. Thadeum Nolans Bac. Theologum
Retulerunt etiam se legisse et comprobasse ad examen quod
fieri solet apud B. Mariam totidem Magistros singulos pro
singulis Nationibus, nimirum M. Petrum Coullin Bac. Theologum,
M. Jacobum Rohault literarum humanarum antea in Grassis Bellovacorum
professorem, M. Petrum Viel Bac. Theologum, & M. Joannem Farely
Bac. quoque Theologum, sed eâ sub conditione ne hi quatuor
viri quemquam Candidatum antè examinent quam dictus
M. Garçon ad amplissimum D. Rectorem detulerit praedictum ac
prolissum testimonium Inscriptum, Amplissimo D. Rectori,
ornatissimis quatuor Nationum procuratoribus et praclaro
Artium Facultati, atque ita ab ampliss.o D. Rectore conclusum fuit
Cui Conclusioni dictus M. Garçon acquiescit.

Deinde facta supplicandi potestate, hi supplices accesserunt;
1.us Ludovicus Rosse de la Bertaudrie Ebroicensis, quod
nomen qd et agnomen Scriptum extaret In quatuor Catalogis, sed
omisisset subdere cognomen, Rosse. 2.us Joannes Berjoint
Meduntanus quod nomen in priore physicorum Catalogo non
Scripsisset, quia graui morbo impeditus tum fuit cum de
Catalogus conficeretur, cujus rei fidem fecit Medicorum testimonijs.
3.us Joannes Claudius Ladnier Sylvanectensis, quod nomen
quoque in priore physicorum Catalogo desisset, morbumque
similiter absentiae causam attulit. 4.us Petrus Voisin
Parisinus, quod nomen qd in quatuor Catalogis Scriptum
extaret, abfuisset tamen à Schola per quatuor menses
ob Infirmam valetudinem. 5.us Joannes Franciscus Janet
Clericus Carnotensis, quod in posteriore Logicorum Catalogo
nomen suum desisset tametsi assidue ac diligenter Scholam
per totum biennium frequentasset, quod et condiscipulorum
et grauissimorum etiam virorum testimonijs comprobauit. 6.ta Nicolaus
de la Mare Parisinus quod sex menses per Intervalla

ab fuisset à Schola M. Guillelmi Guenon celeberrimi in Marchano
phia professoris, et morbum quoque excusavit Infirmamque
valetudinem, gravissimorum virorum, eorumque praesentium fide
confirmatam. De quibus supplicationibus auditis M. Hilberto Heber
prosyndico, deliberasse tum ad deliberandum Nationis, atque ut earum
placitis per ornatiss.os procuratores relatis pronunciatum amplissimo D.
Rectori placere indulgeri omnibus praedictis supplicibus quod petierunt
nimirum ut sibi licuerit nihilominus ad examina Candidatorum Magistrij
in artibus admitti, atque ita conclusum.

Postremo amplissimo D. Rector dixit sibi esse in animo aliquid, quod ad
Academiae dignitatem pertineret, idque velle se, antequam palam
proferret, cum quibusdam viris gravissimis communicatum. Itaque
postulare, ut viri tres è singulis nationibus eximij nominarentur
cum ornatiss.is procuratoribus et integerrimis Censoribus, quibuscum
omnibus ea, quae mente destinaverat, communicaret. Nationis verò
cum ad deliberandum discessissent, postea per ornatiss.os procuratores
retulerunt hos à se fuisse nominatos; ab honoranda qd. Nationis
MM. Petrum du Boulay et Reginaldum Gentilhomme viros Rectoris
et Charton Tribus parisiensis Decanum; à fidelissimo MM. Mi. Tauerne
virum Rectoris et Emeritum Rhetoris in Regia navarra professores
M. Jo. Langnier Literarum humanioris in monte acuto professorem
et Franciscum Carretier Bac. Theologum; à Veneranda MM. Carolum
Todrame Emeritum apud Regiam Navarram philia professorem
et Nationis Decanum, Franciscum Guenon Licentiatum Theologum, et
Emeritum quoque philia professorem in Lexouio, et Guil. Ragonier
ibidem nunc philia professorem; à Constantiss.a MM. Michaelem Morua
Emeritum Rhetoris et philia professorem in Graffinaio, Nationis Decanum
Carolum Magens et M. Henr. Baccalaureos Theologos; sed
Veneranda Normanorum Natio et Constantiss.a Germanorum Gens cautiores
adhibuerunt, ne viri à se nominati quicquam statuis ac concludi
consentirent prius, quam id de quo ageretur, ad Nationis retulissent
ornatissimis honoranda Gallorum Nationis procuratoribus postulavit sibi
à me actum dari, quod hac Nationis nomine intercederet, quemadmodum
M. Hilbertus Heber Bac. Theologus M. Petri de Longlet Syndici
absentis vicis ageret.

Die 29 augusti in Comitijs Deputatorum Universitatis apud
D. Rectorem in Sorbona plessaio extra ordinem habitis, M. Petrus
de Longlet Syndicus Universitatis et procurator fisci per M.
Gilbertum Hebert prosyndicum declaravit sibi esse compertum,
M. Petrum Hudran Doctorem Theologum annos jam ferè octo Gymnasiarchae
munus in Collegio Lexouio, reclamante nullo administrantem, et M.
Germanum Anger Bac. Theologum et ejusdem Collegij Bursarum ab alijs
Bursarijs Gymnasiarcham nuper assumptum venisse ambos
contra decretum Academiae factum die undecimo hujus mensis,

quo quidem

octo diis, atque id ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit
his antiquis verbis contineatur id quod ornatissimi venerandae Normanorum Naonis procurator tradidit:
Je declare au nom de la Nation de Normandie qu'il se persiste aux oppositions faites
cy devant par nos Deputez et par moy Censeur; qu'abondant je m'oppose
à ce qu'on passe aucune transaction avant qu'il le compte des dommages
de la recepte et gestion de Mr Hochet n'ait esté suffisamment communiqué, et
d'icelui bailli copie pour estre par moy ou par ma Nation examiné, et cet
arresté ensemble avec le penultieme jusques au contraire; et pour cet examen
Je declare ne rien prendre ni exiger; et declare aussi qu'il se pourroit cependant
à vouloir bien nous rapporter de tout l'argent du Hochet et d'Habilis ad eadem
dum nos conveniendum ensemble, et qu'on m'ayant le vi. prochain aura la bonté de
nommer, declarant à faute de ce, qu'on n'aura declaré à Monsieur le Recteur.
fait au Tribunal le 12. may 1694. signé Le Seigle procureur.

Die 19 Junij In Comitijs Deputatorum Vrbitatis ordinis et mendicorum apud D. Rectorem
In maximis habitis quos si hunc diem prorogatum fuerant, quod D. Rector
In gravissimo morbo incidisset. id supplicaverunt prolatos notando
Titulo magistrij In artibus ex quinquennij Joannis du Mont Franciscus et
Paulus le Guen Cornubienses si ita vtrique concedi placuit.

2 Dominus M. Franciscus Hochet arrij Academici antea quaestor postquam
exposuit se solutorum quidem praesenti pecuniae vniversitati tria libellarum
millia, Rogaum, et tria reliqua millia, quae placuerat ab eo solui
tribus pensionibus annuis placuit ab ipso solui quatuor pensionibus
annuis, hoc est, septingentas quinquagenta libellas singulis quatuor annis
quod illi concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit
M. vero Petrus le Seigle ornatissimi venerandae Normanorum Naonis
procurator duxit se perseverare in ea Interpellatione quae facta erat die
12. maij praeteriti, ne scilicet vrbitas cum M. Francisco Hochet
transigeret, cujus rei autem a me postulavit.

3 quod ornatissimi fidelissimi picardorum Naonis procurator et ipsa natio, porrecto
Libello supplici, postulaverunt, et conclusio a dicta natione facta die
vigesima septima aprilis proximi superioris adversus M. Jacobum Rogault
ab vniversitate confirmaretur; quae quidem conclusio via cum libello
supplice legitime per appantores significata fuerat dicto M. Rogault
Eidem hodierna dies dicta, et vis in comitijs comparet; quod ipse
Eiusdem Naonis procuratorum per vim retineri ab eodem M.
Rogault contra jus omne, postulavit ut vi velit vniversitati
decernere, et liber ille procuratorum dictae Nationi restituatur;
Recitata supradicta conclusione una cum dicto libello supplice
ac postquam dictus procurator recessit, re maturè examinata,
placuit dari dictae Naoni Picardae actum deserti a dicto M. Rogault vadimonij
et dictae nationis conclusionem confirmari; ac praetereà liberum quod Naonis
procuratorum ab eodem Rogault quantum restitui, atque ita ab amplissimo D.
Rectore conclusum fuit.

Die 22 Junij 1694. In Comitijs supplicatorijs apud Matheuranos habitis
1us. In angulo peristylij de more constitutis, vbi ad sudum vnà cum R.
+ M. Edmundo Pourchot Rectore R.D. M.M. Guichard Theologus, Collesson consultissimus, et Berger
Salubrium facultatum decani; Boreau Gallicanus, Jourdain Friardus, le Seigle
2 Normanicus, et Kely Germanicus nationum procuratores, atque vna cum ijs officiarij
1 factâ supplicandi potestate, hi supplices accesserunt pro literis nominationis
titulo magistrij in artibus et quinquennij, Petrus Vallot pbr Rothomagensis,
Joannes le Roux acolythus diœc. Aniciensis, Jacobus du Vaucel acolythus parisinus,
et Guill. Philippus Beauté parisinus, rasis literis illi ord. concordi placuit
2. prout vna cum versa facta sunt à R.o Rectore de Merede quas promisit se R.o Joseph
de Boismartin propter operam vtilitati nauatam tum ad ordinandas et in
Inventario describendas Chartas et Tabulas ejusd. vtilitatis, tum ad conficiendum
Instrumentum Censuale, quo quicumque hoc in prato Clericorum prædia et
ædificia possident, quidquidque annui census aut reditus Academiæ
debent, profitiri tenentur; eâ de re placuit pro hac centum libellas
quas eidem R. de Boismartin speciali mandato jam ab Academico quæstore
solutas fuit, quadringentas pro hac libellas eidem à quæstore dari; scilicet
ducentas quam primum, et ducentas reliquas postquam perfectum fuerit
Censuale Instrumentum; eâ tamen conditione, vt quod super acceptis et
expensis rationibus R.i Nicole antrà dum vineret vt rarij academici quæstoris,
inter vtilitatis et ipsius R.i de Boismartin dicti Nicole generum, Carthusij
ejus Cohæredis convenerit, bonâ fide ab ipso R. de Boismartin vnà cum
huic Cohæredibus præstetur, sicuti conventum est et subscriptum, atque vna ab
amplissimo R. Rectore concessum fuit.
3 Quod amplissimus R. Rector et M. Gilbertus Huber vtilitatis professor dicerunt, hibi et Academiæ à M. Nicolao Morin diem dictam fuisse
ad comparendum in prætorio, huic Castelleto parisiensi, de recusato hibi
testimonio temporis Regentiæ, non quidem ejus temporis, quo dictus M.
Morin docuit 1um literas humaniores, deinde Rhetoricam in Collegio Lexouio,
à Remigialibus anni 1682. ad Inducias anni 1688. ac postea literas iterum
humaniores in 2o Collegij Mazarinæi Ordine à Remigialibus anni 1688.
ad vigesimum 5um diem decembris anni 1691. quo quidem tempore dictus M.
Morin legitimè docuit, vt potest vnus et solus in vnaquaque classe professor;
sed de recusato testimonio temporis, quo idem dictus M. Morin non legitimè
in dicto Collegio Mazarinæo Rhetoricam partim tantum docuit; quippe
qui non ibi vnus in illâ Rhetoricæ classe docuit, vt fieri debet iuxta
statutum præclaræ Facultatis Artium, quo expressè cauetur; Ne
duo præceptores eidem classi præficiantur, sed vt vnus Romæ
Matutinis, alter pomeridianis doceat. Quæ de re Rogatis dictisque sententijs
placuit vnanimi consensu, ac singulis tum sapientissimorum Decanorum,
tum ornatissimorum procuratorum suffragijs, causarum cognitorem in
Castelleto procuratorem constitui, qui vnicè vtilitatis nomine defendat adversus
dictum M. Morin, academiæque jus et statutorum integritatem tueatur, doceatque id
magis, quod pridie Idus Decembris anni 1674. cooptatum vt
Collegium Mazarinæum et adscriptum Cartusij Collegijs Academicis,
conditionibus istis, vt Cæterorum Collegiorum more, legibus
Laudandum

laudabilibus institutis et statutis academiae subscripsit
atque sic ab [illegible] PAPIER ampliss. D. Rectore
consulibus fuit [illegible] LATEVILLE

Deinde in Comitio postquam D. Rector peroravit, processum est ad aedem Sacram sub invocatione Sti Ludovici apud Regium Navarrae, ubi D. Richard decanus Theologiae et Regio Navarrae Magnus Magistri sacris operatus est.

Die 23. Junij in Comitijs Rectoris apud Maturinenses horâ decimâ matutinâ more habitis, hesternâ supplicandi potestate hi supplices accesserunt, 1mus Petrus Boivin Virio-Bajocensis post confectum jam triennium in civitate Cadomensi à dionysianis anni 1687. ad solemnes indicias anni 1689. in Collegio Artium, docente ibi celeberrimo professore M. Georgio Auber petijt vt biennium illud Cadomense sibi hic haberetur pro vno anno.

2us Jacobus Merle presb. Legiensis postquam exposuit se per triennium integrum, partim in Mercatorio, partim in Lexoviensi assiduè et accuratè philosophiae studuisse, lectionesque professorum scriptis et auribus diligenter excepisse, idque gravissimis ac fidedignissimis testimonijs probavit, tamen jam non haberet in hac potestate codices suos philosophicos propterea quod eos commodatos atque obtendo credidisse amico cuidam vt putabat, huic, qui eos secum in provinciam ablatos non reddidisset petijt, vt sibi nihilominus licere ad examina Magistrij in artibus admitti;

3us M. Petrus Paulus Menard presb. Lexoviensis, quod in litteris Magistrij in artibus, atque adeo in testimonio sibi antea à professore, quo vtus fuerat, dato, brevitatis causâ nominibus omissis fuisse, postquam gravissimis testimonijs fidem fecit, se vocari non Petrum duntaxat, sed etiam Paulum quod quidem posterius nomen dare omiserat, postulavit, vt cum in litteris Magistrij in artibus, Scriptura tantum esset Petrus, placeret addi Paulum.

4us Joannes Hubert Eu. Suessionensis Canonicus prolato medicorum testimonio, quo constitit se per duos menses, aprilem scilicet et Maium anni 1693. morbo impeditum fuisse, quominus in proximo auditorium veniret, atque ibi nomen suum scriberet in Catalogo posterorum physicorum, petijt, vt sibi nihilominus licere ad examina Magistrij in artibus admitti; de quibus supplicationibus audito M. Gilberto Huber pro syndico, dimissis ad deliberandum nationum, vnaque graduum viros singulas singulos mane electos confirmarem, vtque haberem, quae ampliss. D. Rector gessisset in hac tumultuosa mutatione postra per ornatissimos procuratores retulerunt se omnes vnanimi consensu indultam velle praedictis quatuor supplicibus, quod petierunt legis tantum quadramuria confirmasse; renuenda quidem nacta

confirmauit M. Gilbertum Ogier Bacc. Theol. et Collegij Augustodunensis
promotorem; fidelissimum M. Petrum Billet celebemnum & solemnem Rhetorem,
et virum procuratorium; Venerandum M. Oliuarium Heroult Emaus Phil. professorem
Licentiatum Theologiæ et Artium & Regia Nauarræ primarium; Constantissimum M.
Carolum Magenie Bacc. Theol. et Collegij Longobardorum promotorem. atque
ex deq; prouinciarum Nationis huius rodem ornatissimos procuratores retulerunt se vehementer
comprobare ea, quæ amplissimus D. Rector gessisset, eique litteras eo nomine commendatitias
decernere; idque earum trium vnanimiter sine vlla exceptione; sed M. Petrus le Seigle
venerandæ Nationis Normanæ procurator his verbis vsus est: Venerandum
Normanorum Natio vehementer probat, quæ gessisti & tuo tri[illegible]
Magistratu, exceptis ijs, quibus interessimus de re quæstoriâ. quo cum
is? Rector de more recensuisset dixit; Non probas quæ gessimus
de re quæstoria, et quæ tamen gessimus de consilio tuorum sapientissimorum
Nationum, tuorum ornatissimorum procuratorum Galliciana, Picardica, & Germanica
Nationum; atque ita concluisti; vos confirmatis quadrumviris; comprobatis quæ
gessimus & vno tri[illegible] magistratu, nobisque litteras commendatitias decernitis
et quatuor supplicibus indulgetis, quod petimus, atque ita vobiscum concludo.

Quadrumviri verò, postquam solitum ac solemne sacramentum præstiterunt
in manibus amplissimi Rectoris, in conclaue ingressi sunt, ac post aliquod
temporis spatium, reclusâ aliquanto januâ, postulatum est ab eorum vno
vt ornatissimi procuratores eum & conclaue admitterentur; quod cum
nominatim insolens videretur, ac fieri nefas esset, ornatissimi quidem
procuratores non ingressi sunt, sed cum ijs ipsi quadrumviri & ipso
limine verba tantisper fecerunt, mox clausâ Janua in
intimum conclaue recesserunt; Cumque ibi diu remansissent, tandem
prodierunt, et Gallicanus renunciauit se Rectoris fasces amplissimo D.
Rectori prorogasse. vnus verò M. Heroult cum coepisset quædam referre
quæ ipse in conclaui dixisset, reclamatum est à multis viris academicis,
nefas esse dicentibus, ea quæ in conclaui acta essent, à quoquam
quadrumvirum enunciari, præter aut prorogationem, aut noui Rectoris
electionem. Itaque dimissis nationibus et de prorogatione deliberarent, tantum
hi videretur, confirmarent, non multò post ornatissimi procuratores hi
retulerunt: Gallicanus qd; Nationes huic vehementer confirmare prorogationem
factam à quadrumviris: Ego dixit Picardicus; Normanus hi retulit:
venerandæ Natio nihil habet, quod dicat de prorogatione, sed libellum
supplicem improbat; cui reclamatum est à venerandæ Nationis tribulibus
dicentibus, eam non fuisse totius Nationis sententiam, sed probatam fuisse prorogationem
Germanicæ Nationis procurator eam quoque prorogationem retulit
à hac Natione vehementer comprobari. Cum amplissimus D. Rector;
Itaque vultis, inquit, Rectoris fasces nobis prorogatos, tantum
prorogationem confirmatis, atque ita vobiscum concludo.

Die 3. Julij 1694. In Comitijs Deputatorum visitatione ordinarij apud D. Rectorem et Magistrum Petrum Kalitie

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE PAPIER

Supplicandum pro literis nominationis M. Gabriel de Cully Licentiatus Theologus, presbyter Constantiensis et Joannes Bapta parisiod acolythus Genevensis, Bac. Theologus, eaque illi utique concedi placuit atque ita ab amplissimo D. Rectore constituitur fuit.

Die 13. Julij honoranda Gallorum natio apud Maturinenses congregata officium magni nuncij pro diocesi et episcopatu Mirapicensi vacante per obitum Jacobi Monsers contulit Carolo Folin cuius parisiensis, qui solita iuramenta praestitit.

Die 7. augti horis matutinis in Comitijs vernacula Normanorum nationis ordinis in Collegio Narbonnaeo habitis, Claudius Joannes Fartout, cui dicta natio officium sui minoris appantorum vacans per obitum Claudij Fartout patris jam antea contulerat, tum demum solitum ac solemne sacramentum praestitit in manibus ornatissimi procuratoris.

Eadem die 7. augti pomeridianis horis, in Comitijs Deputatorum visitationis ordinis apud D. Rectorem in Collegio Mazarinaeo habitis, quibus cum D. Rector M. Emmanuel Fourcroy sentiendo ad fundum D. D. M.M. Guichard Thyria, Collège contulissent, Berger Salubrium Facultatis decanus; Petrus Galliana, Jourdain Picardus, Le Seigle Normanus, et Henricus Lud.cus de la Pierre Germanicae nationum procuratorum adjuncti cum ijs officiarij.

Supplicandum pro literis nominationis Antonius Martin Sart Noviomensis, Andreas Nicolaus le Roy Bellovacus, Andreas le Moine d'Ector Constantinus, Antonius Charles Noviodunensis, Andreas du pont Constantiensis, Bertrandus Robine de Caillemont Constantiensis, Bonaventura le Roy parisiensis, Claudius Acaire Bellovacensis, Claudius Prévost Silvanectensis, Franciscus Bechard Ebroicensis, Franciscus Mallet Rothomagensis, Franciscus Tremeau Aliissiodorensis, Franciscus Valin parisiensis, Georgius Maucroix Noviomensis, Guillelmus Alexander le Roux de Langrie clericus parisinus, Henricus Emanuel Pluyette Suessionensis, Henricus Lud.cus de Mautreul drassan Noviomensis, Jacobus Michelet victoriacus, Jacobus le Cesne Rothomagus, Jacobus Lamber Carnutensis, Joan. du val Rothomagensis, Joan. Boitet Aurelius, Joan. Sorel pontoisianus, Joannes Heuzet Noviomensis, Joannes Bapta Burlault parisiensis, Joannes Bapta Bosmontier Suessionensis, Joan. Bapta Dumetz ambianensis, Ludovicus Huney Ebroicensis, Matthaeus Verdier Cenomanus, Nicolaus Rasset Laudunensis, Nicolaus Fredin pontoisianus,

ne

Nicolaus Genée Suessionensis, Petrus Michel Bellovacus, Petrus de Nigro de Laval pbr Eleutensis, Nicolaus Petrus Morton Meldensis, Philibertus d'Estrees Laudunensis, Petrus le Roux Ebroicensis, Petrus Lochon Sylvanectensis, Raimundus Chevalier Minatensis, Robertus d'Esperroois Lexoviensis, Symphorianus le Tonnelier Cenomanensis, et Tussanus des Noyers Ebroicensis, easq; illis obtinere cendi placuit quae postulabantur titulo Magistrij in artibus, atq; ita à D. Rectore conclusum fuit.

2 M. Nicolaus Parisot pbr Tullensis in Regia Navarra Philosophiae et professor, vadatus in hunc ipsum diem M. Edmundus Kily Germanicae Nationis antiq procuratores et M. Carbricius Kily Cenforcy, vt mag. cum M.M. Nolane, Molony, Brown et caeteris dictae Naois Magistris Insulensibus compareret, apud Tribunal Academicum, significato ijdem ipsis per appantores libello supplice, in quo se fuisse licere per D. Rectorem dicto M. Parisot praedictos Magistros vadari; quo quidem libello supplice postulabant, vt eum locum qui in dicta Naois Tribu Continentium vacaret, quem nullus indigena secum postulabat, occuparet, a quo tamen loco sibi debito a dictis Magistris per injuriam arceretur; cumq; dicti illi magistri ad dictam diem non comparuerint postulant placere nihilominus secundum se judicari, hoc ipsi addici quod libello supplice postulant. Quae re maturè examinata, vetis dictae Naois Germanicae statutis, placuit dari dicto M. Parisot actum defecti a dictis Magistris, quibus dies legitimè dicta fuit, vadimonij, postulatumq; locum in dicta Tribu Continentium vacantem tamen ipsi a dicto M. Parisot occupari, non obstantibus quibuscumq; appellationibus, atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 14 Augusti in Comitijs praeclarae Facultatis Artium apud Maturinenses hora 7a matutina de more habitis ad eligendos Examinatores Candidatorum Licentiatus in artibus, postquam D. Rector exposuit causam congregationis, designati sunt a D. procancellario B. Maria, pro honoranda quidem Gallorum Natione M. Jacobus Thomas Bac. Theol., pro fidelissima Picardorum M. Nicolaus Thoru professor Nazarinaeus, pro veneranda Normanorum M. Alexander Prepetit de Grammont Rhetor Grassinaeus, et pro Constantissima Germanorum M. Thadaeus Nolan Bac. Theologus, ac tutidem a D. procancellario pro Genovefes eodem Nationum ordine, scilicet M. Joannes Vittement celeberrimus philosophiae professor in praeclaro Bellovaco, M. Gilbertus Gibert Bac. Theol., M. Matthaeus Renault Bac. Item Theologus et M. Donatus de Lory vir procuratorius. de quae designatione dimissa ad deliberandum Nationes, probarentne designatos, an alios eligerent, postea per ornatissimos procuratores retulerunt

honoranda quidem

Honoranda quidem, se probauisse designatum à procancellario Genouefi, designatus verò à procancellario B. Mariæ non admisse, nec antè admisserat esse, quàm dignissimo Cancellario procancellarius ipse suum in comitijs præclaræ Artium facultatis præsentaret, aut si per valetudinem ipse adesse non posset, Epistolam, quo hæc præsentatio supplerentur mitteret hic Inscriptum; Amplissimo D. Rectori, et præclaræ Facultati Artium. Interim verò placuisse, vt pro Honorandâ naue Candidatos apud B. Mariæ tentaret idem ille Magister, qui id muneris hactenus ab anno præcedente obierat. Fidelissima relatio per huius procuratorem retulit se ambos è suis designatos approbauisse. Idem censui de suis venerandæ Normanorum; Itemque constauisse Germanorum. Cum D. Rector pronunciauit sequeque comprobare designatos dei, quandoquidem D. Cancellarius B. Mariæ ad se accessisset, hisque procancellarius ipse præsentasset atque omnes ad solemne sacramentum admisisset.

Prostrà verò facta supplicandi potestate, accessit supplex Guil. Verpy parisinus M. le Cordier celeberrimi patris in Mazarinæo professoris discipulus, qui quod per sex ferè menses à Schola abfuisset à die 2a. 7bris morbo impeditus, cuius rei testimonium protulit à Sapientissimo Salubernæ Medicinæ facultatis decano subscriptum, petijt vt sibi nihilominus liceret ad examina Magisterij in artibus admitti. quæ de re audito M. Esber pro syndico vrbitatis dimisso Thomas Deliberandus Naois, postea per rationem ornatissimi procuratoris retulerunt se indulgentiam præfati supplicis humillimo Verpy parisino quod petijt, atque ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit. Ornatissimus verò Honorandæ Gallorum naois procurator naois huic noe interessit, quominus dictus M. Jacobus Thomas Examinatoria munere fungeretur antequàm à B. Mariæ cancellario procancellarium præclaræ Artium facultati præsentatus esset, hucque interessimus à me actum postulauit.

Die 28. augti in Comitijs deputatorum vrbitatis ordinis apud D. Rectorem in Mazarinæo habitis in antecessum pro mense Septembri supplicauerunt pro litteris naois titulo Magisterij in artibus Guillelmus Claudius Thoureau parisinus, Alexander Vrimy parisinus, Franciscus Creson parisinus, Ludouicus Outrebon Atrebas, Joannes de la Briere de Louuency Bajocensis, Ludouicus Laurentius Penicher parisinus, Martinus Mathieu atrebas, rati illis ordinem conuenire placuit

1

placuit dari ab arario Academiæ quæstore Majori D. Rectoris et Gallicanæ naois appantori quadraginta libellas; centum verò minori ob plurimas ab ipso minore et extraordinarias nauatas vrbitati operas, et quia anno præterito nihil fuerat dicto minori appantori naois Gallicæ attributum, atque ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit.

2

3 Quod compertum est M. Franciscum Rocher antea arrarij Academici quæstorij debere vniuersitati mille et ducentas quadraginta quatuor libellas propter omissiones factas in ijs acceptis et expensis rationibus, quas reddiderat dictæ vniuersitati, earumque summarum mille et ducentarum quadraginta quatuor Libellarum debere prætextu earum quæ continetur in eâ transactione quæ cum illo coram notarijs inita est die 22. Junij proximi superioris, placuit concedi illi tempus octodecim mensium ad soluendas summas illas ijs Rationibus omissas modò à cum fidejussore et fidejussoris vxore in solidum se obligent et obstringant coram Notarijs ad illas summas soluendas vrbitati, sine præjudicio earum conditionum quæ continentur in dicta transactione, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 4. Septembris 1694. In Comitijs Deputatorum vrbitatis apud D. Rectorem in Collegio Mazarinæo habitis, supplicarunt pro literis nominationis
1 titulo Magistrij in artibus et quinquennij Jacobus Cataignan Bolonienses, Joannes Gerard Claromontanus, et Leonardus de la Croix Lugdunensis, eisque illis concedi placuit, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

2 Denuò quod amplissimus D. Rector exposuit sibi significatum fuisse à M. Petro Le Seigle venerandæ Normanorum nationis procuratore per apparitorem Castelletti actum, quo dictus M. le Seigle contendit in Comitijs Deputatorum vrbitatis proximè superioribus remissas fuisse M. Francisco Rocher septingentas Libellas, quas omisisset in ijs Rationibus, quas vrbitati reddidit, quasi mille et septingentas accepisset, cum tamen mille et ducentas quadraginta quatuor tantùm acceperit; Cumque D. Rector dixisset se neverbum quidem fecisse de illa remissione, cujus rei testes appellauit omnes et singulos tum decanos, tum cæteros procuratores; rogatis dutisque sententijs, vnanimi omnium consensu recognitum est, ij eo quod à dicto M. le Seigle significatum est, contineri falsum, nec eam, quam dicunt, ij eo exhiberi tum amplissimo D. Rectori tum Academico Tribunali reuerentiam; ac hinc dictus M. le Seigle in similem deinceps culpam recidat, placuit eum eo agi, et agi oportet cum ijs, qui parum reuerenter de amplissimo D. Rectore et loquuntur et sentiunt, atque ita conclusum fuit de amplissimo D. Rectore.

3 Sapientissimæ salubernimæ Medicorum facultatis decanus postulauit, vt ex Academico arario professoribus dictæ facultatis mille libellæ soluantur in deductionem earum pensionum, quas dixit ijdem professores debere; quæ de re placuit consuli singulos ordines, et quod ij vrbitati audiant ad proximos comitijs ordinis, à singulis deputatis vrbitatis, atque ita conclusum.

4 Dixit amplissimus D. Rector sibi semper summopere cordi fuisse et curæ fuisse, ne amplius Academiæ bona in incerto essent, sed tuto loco collocarentur, eaque deinceps extra fraudem administrarentur; idcòque diplomate Regio ad prætorem vrbanum Jurium Academicorum emisso impetrauisse se Academiæ nomine facultatem conficiendi librum Censualem, quo quicunque in Dominio Academico, seu prato Clericorum

n

vt vocant, prædia possident, nomen suum profiterentur, vnde acquisiuissent, quidve annui census aut reditus deberent singuli declararent: Rem jam ad exitum esse perductam, paratamq; breuem eorum omnium prædiorum simul et possessionum descriptionem, ea qua, si modo vt olim placuit, publici juris fieret, documentum commodè capiam viri Academici; proinde sibi videri è re esse Academiæ eam typis mandari.

Re in deliberationem missâ, audito primùs M. Gilberto Heber pro procuratore gnali visitatie, qui vnà cum M. Medardo Collet Academico Quæstore, In eam quoque rem incubuerat, omnis sententia dierum hoc ordine M. Petrus Guichard Sacræ Facultatis Theologiæ Decanus dixit summo se affici gaudio, quod tandem absolutum esset illud opus jam diu à se expectatum, de quo sæpius ad sacrum ordinem retulisset, nec qui quam morari se, quin statim in lucem prodeat. M. Vincentius Collesson consultissimus vtriusq; Iuris Facultatis Decanus idem censuit, addidit q; consultissimum esse hanc viam occurrendi fraudibus hactenus in administratione patrimonij Academici fieri solitis, atq; vniuersam Academiam amplissimæ teneri agere gratias ijs omnibus, qui in id opus, ex quo tantum emolumenti sperare licuit, aliquid contulerunt, maximè amplissimo D. Rectori, auctori suasori hujus consilij, quo res Academiæ restituit. M. Claudius Berger Salubertimæ Facultatis Medicinæ Decanus idem comprobauit, to q; libentius quod vbi primùm jam ab octodecim mensibus sermonem eâ de re fecisset amplissimus D. Rector, palam testatus fuerit nihil posse fieri vtilius, vt prouideretur rebus Academiæ. M. Joannes Rapin Poetrau Honorando Gallorum Nationis Procuratore gratias quoq; habuit amplissimo D. Rectori de suo In Academiam studio, ejus consilium approbauit, et opus cui etiam ipse allaboraverat protinùs In lucem edendum quasi Academiæ vtilissimum futurum censuit. M. Guillelmus Jourdain fidelissimus Picardorum Nationis Procurator in eandem sententiam abijt. Idem olim confuerant M. Joannes de authieux et M. Cornelius Nary, Illi veneranda Normanorum, hic constantissima Germanorum Nationis Procuratores quod etiam ab vnoquoque successoribus MM. le Seigle, Kily et de la Pierre sunt confirmatum, atq; vna ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

die 10a. 7bris vid. infra, fol. vers.

Die 2. octobris 1694 In Comitijs Deputatorum visitatorum ordinis apud D. Rectorem in Collegio Nazarenæo habitis quibus cum D. Rectore M. Edmundo Pourchot Interfuerunt DD. MM. Guichard Theologiæ, Collesson consultissimus, Berger Salubertimæ Facultatum Decani, le vasseur pro honoranda Nationis Procuratore, Gilbertus Heber pro fidelissimo procuratore, Petrus le Seigle, venerandæ Normanorum, et Ludovicus Henricus de la Pierre constantissimæ Germanorum Nationis Procuratorum atq; vna cum ijdem officiarij.

i. hepat.

1. Supplicauerunt pro litteris nominationis titulo Magistrij in artibus Egumenij Stephanus de la Brice pbr Burdigalensis, Olivarius Cabut pbr Rotomagensis, Joan. Chrisostomus Despie Subdiaconus Parisinus, Franciscus le Caron clericus Ambianus, Carolus de Leuse clericus ambianensis, Leo de Boudé pbr Cenomanensis, Petrus Gaillet clericus Bellouacus, et Claudius Boulongne clericus ambianensis easq; illis sibi concedi placuit, atq; vta à D. Rectore concessis fuit.

2 placuit earum rationem Impensarum, quæ per menses proximè superiores facta essent, proferri singulis comitijs præcedentibus, antequam illæ Impensæ persoluantur, aliuoquin tanq. indebitas non posse repeti.

3 Quòd viri Religiosi Nosocomij Charitatis, qui etiamnum debent Vrbitati Summam trium millium et sexcentarum libellarum sortis principalis, & præterea † Dispendium illius pecuniæ ad diem non solutæ, ex eo tempore, quo illa summa debita exigi cœpta est, anno scilicet millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, conditionem hanc tulerunt, se persoluturos præsenti pecuniâ dictam summam trium millium sexcentarum libellarum, et duo præterea libellarum millia pro Dispendio dictæ summæ ad diem non solutæ, eâ conditione, vt Vrbitas contenta sit duobus libellarum millibus pro dicto Dispendio, supra dictam sortis seu capitis summam trium millium et sexcentarum libellarum. eâ de re postquam maturè deliberatum est, placuit maximi omnium consensu oblatam à dictis Religiosis conditionem accipi, eâ tamen conditione, vt pro eâdem pecuniæ summa Vrbitati jam soluta, cujus collocationem in fundo factam tenetur illis Vrbitas suppeditare, ijdem viri Religiosi detur quinque annorum spatium, vt commodè fieri possit ejusmodi collocatio, sine quâ conditione, dicta Vrbitas nihil illis quicquam de dicto Impendio remitteret, cui conditioni quinque annorum si minùs acquiescant, sibi reservat Vrbitas jus exigendi Impendium illud quantumcunque est, atq; vta ab amplissimo D. Rectore concessum est.

† vsuras sive dispendium

4 Quod San Barbarani manus Regias Injecerunt in reditus Academicos, quo fit, vt nihil inde ab Oranij Academici quæstore percipiatur ad Impensas necessariò faciendas, placuit quamprimùm solui illis quinque millia et sexcentas libellas, quæ debentur à Religiosis Cœnobij Charitatis, atq; ijdem præterea delegari duo millia libellarum quæ debentur ab Heredibus Hi Dacole, eâ conditione, vt illâ manuum Regiarum Injectione Vrbitatis liberent, neq; vllum amplius fomes ob retenta debita exigant, atq; vta pariter ab amplissimo D. Rectore concessum est.

quod negotium vt implectatur comitiis 20 Martij, pbar et Calendis

5 Postulauit amplissimus D. Rector, vt in Commentarios Vrbitatis relatus fieret conclusio facta à fidelissimo Picardorum Natione, convocata die 17. aprilis præcedentis à M. Petro Billet Exprocuratore, loco M. Jacobi Lauvine, qui decreto Academico Juxta dictum Nationis statuta, priuatus fuerat omni suffragio, atq; adeo à munere procuratoris legitimè exclusus die 5. aprilis præcedentis. Quam conclusio fidelissimæ Nationis est ejusmodi.

tomo 2 fol. 41

Anno 1694. die 15. aprilis in Comitijs extraordinarijs apud Scholas habitis M. Guill. Jourdain vices gerens æquiss. Censoris, postulauit, vti (quemadmodum in proximis Comitijs quadrumviralibus apud Maturinenses habitis die 24. mensis Martij proximè elapsi M. Jacobus Lancoine tum procurator non satis aperuerat quæ fuerat mens fidelissimæ nationis circa amplissimum D. Rectorem) postulauit, inquam, vti natio eâ de re deliberaret, et confirmaret, si videretur, quæ jam apud Maturinenses in prædictis Comitijs declarauerat diuersi omnes sententiam, et approbauit iterum vnanimi consensu fidelissima natio, quæ gesta fuerant ab amplissimo D. Rectore in hac trimestri magistratu probauit. Iterumque electiones factas die 2.a Martij mensis præ elapsi Officiariorum vrbitatis nempe M. Edmundi Pourcyr nunc Rectoris in Syndicum, et M. Michaelis Colletet in quæstorem; improbauit interessionem ~~factam~~ M. Jacobi Lancoine probauit insuper transactionem factam cum Francisco Roichet antehac quæstore vrbitatis, nominantque, qui mecum adessent cum eâ res perficeretur, deputatos M. Faumier, M. Liber, M. Carelle, et M. Thera. Improbauit interessionem M. Jacobi Rohault circa illam transactionem. Sign. P. Bullet.

Die decima 7bris (quod fuerat omissum) natio Germanica apud Maturinenses officium magni Nuncij pro ciuitate, dioc. et Archiepiscopatu Midelburgensi, hac Magdeburgensi, vacans per obitum Henrici Reverend contulit Petro de St Denys, cui parentum, qui solita Juramenta præstitit. /

Die Sexta octobris in Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses habitis, in angulo peristylij de more constitutis, vbi facultatem supplicandi potestate supplicarunt pro literis nominatoriis titulo magistrij in Artibus et quinquennij Joannes Baptista Nicolaus Lauier parisiensis, Nicolaus Beuvercy parisiensis, Petrus Mercier Claromontensis, Guill. de la Roche aduenensis, Carolus Gaillard Rothomagensis, Joannes Caboullet Lexouiensis, Gabriel le Monnier Lexouiensis eaque illis sibi concedi placuit, atque via ab amplissimo D. Rectore conclusis hinc

Deinde in Comitio, hac capitulo postquam D. Rector peroranit, probatis de more quæ gestissent in hac trimestri magistratu, decretisque illi literis commendatitijs processerunt ad aedem Sacram sub Invocatione St Maglorij, vbi D. Guillaud Secretarius Theologus rem sacram fecit.

Die vndecimâ octobris hora 7.a matutina Natio Galliciana apud Maturinenses officium magni nuncij pro ciuitate, dioc. et Episcopatu Rhedonensi vacans per obitum Claudij Chenier contulit Nicolao Bourlet cui parentum, qui solita juramenta præstitit. /

Eadem die horâ decima matutina in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses habitis post quam D. Rector expositis causis congregationis, postulauitque probari quæ in hac trimestri magistratu gesta, facta supplicandi potestate nobilissimus Adolescens Carolus Franciscus d'Allencourt de Bromismil

Laudunensis celeberrimi in Sorbona ptissimo philosophiæ professoris M. Stephani Mallemont discipulus, qui nomen suum in duobus physicorum catalogis priusquam scribere neglexerat, quod tum parentum fortasse de vita militari cogitaret, postrà verò huc relictus arbitrio ac mutatâ voluntate ad vitam clericalem aspiraret, postquam gravissimorum multorumque virorum academicorum testimonijs fidem fecit se per biennium integrum operam philosophiæ sine ullâ intermissione dedisse à Remigij festo anni 1691 ad finem academicæ anni 1692, petijt ut sibi condonaretur quod neglexerat, nomen scribere suum in duobus catalogis scribere, ac licentia ad examina magistrij in artibus admitti; quâ de re auditis M. Gilberto Hibert pro syndico visitatore, deijs quadrumvirorum confirmare dimisso ad deliberandum navem, postrà per ornatissimos procuratores retulerunt se indulturos velle praeduto Carolo Francisco d'Allencourt de Bernesnil, quod petijt, atque ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit. Item probatis quæ gesserat in huc magistrum, deinceps eo nomine litteris commendatitijs, confirmatus fuisse quadrumviris; ab honoranda quidem nave M. Dionysium Billard antiquum Rhetorices professorem in Graecum, à fidelissimo M. Joannem Lenglet literarum humaniorum professorem in Mazarineo, M. Joannem Borrée Licentiatum theologum à venerandâ; et M. Jacobum Murphi in jure licentiatum à constantissima Germanorum; qui quidem quadrumviri praestito de more sacramento solemni in consulare ingressi, postrà per Gallicanum M. Billard retulerunt se elegisse Rectorem M. Carolum Rollin antrà Rhetoricæ in Sorbona ptissimo, atque eundem nunc Eloquentiæ professorem Regium; quæ electio à singulis nationibus rebenuitio comprobata est et confirmata.

Die 10a. ejusdem mensis octobris, hora 7a. matutinâ comparuerunt apud Maturinenses deputati visitatores, ad institutionem sive confirmationem novi Rectoris, ad id per schedulas pridie datas convocati ab ipso D. Rectore M. Carolo Rollin, atque in angulo Christi, seu ut vocant, capitulij sedentium de more, ad dextram quidem veste rubrâ indutus, quia nondum parata erat violacea, ipse M. Carolus Rollin, pridie in Rectorem à 4 nationum quadrumviris electus, et ab ijdem nationibus confirmatus; ad sinistram verò M. Edmundus Pourchot extractor veste nigrâ cum epomide violaceâ. his simul et inde discipuli affidebant, dextra quidem parte M. Petrus Guichard sacræ facultatis theologiæ decanus; M. Claudius Berger salubrium medicinæ ordinis decanus, M. Guil. Jourdain et Lud. Henricus de la Pierre, ille fidelissimus quidem hic constantissimus Germanorum nationis procuratores; sinistrâ autem M. Vincentius Collesson consultissimus juris utriusque facultatis decanus, M. Franciscus Baillé, et M. Petrus le Jeune; ille Hendromedus Gallorum, hic venerandus Normanorum nationis procurator. Ibi quoque aderant M. Gilbertus Hibert vicis gerens syndici visitatoris, M. Medardus Colletet quæstor, et ego scriba; nostique officium è regione sedebamus. Tum amplissimus D. Rector dixit: Ex Rector clarissime, sapientissimi Senatus, procuratores ornatissimi, proceres academiæ huc per schedulas hesternâ die, ut mons est, datas convocavi vos ad nostri institutionem seu confirmationem. Hunc statim ex Rector clarissimus

Excipiens

Excipiens; Igitur, inquit, amplissime D. Rector, huc hodie ~~huc~~ ad
sapientiss.is Decanis et ornatiss.is procuratoribus de rebus Academicis instruendus,
seu confirmandus venit; vos vero, sapientiss.i Decani, procuratores ornatissi-
mi, Rectorem habetis qualem maxime optare debuistis
Incorruptæ fidei et probitatis virum; suavitate morum non minus quam
Ingenij laude ac maturitate Judicij commendabilem; siquis unquam In
Academia nostra extitit, oratorem summum, Eundemque Regni Administrorum
et primoribus acceptissimum, hominumque apud eos gratia pollentem; Talem
Esse Intelligitis M. Carolum Rollin Regium Eloquentiæ professorem, quem
Nominasse, commendasse est; hunc igitur, sapientiss.i Decani, procuratores ornatiss.i
de rebus Academicis instruite.

Cum sap. Decani huic sententiæ suffragijs ratam se gratamque habere Electionem ejusdem
M. Caroli Rollin In Rectorem virtutum pridie factam declaraverint,
procuratores item ornatiss.i dignoti pariter suffragijs Electionem quam jam
pridie probaverant, eternum probare & pronunciaverunt.

+ repetuerunt

Auditis verò omnium sententijs dixit amplis. D. Rector; Itaque extitit ~~de~~ esse
sapientiss.i Decani, procuratores ornatiss.i, Electionem nostri In Rectorem Academiæ
comitijs factam rebenevolo probatam, atque ita vobis cognitum esse. /

Cum discessum est et gravissimus Apparitores amplissimi D. Rector ad suas aedes
Laudunensis à clariss.o Ex Rectore, sapientiss.i Decanis, ornatiss.is procuratoribus,
atque officiariis deductus est. /

Die 16. octobris ibidem. In Comitijs Deputatorum virtutum apud
D. Rectorem in Collegio Laudunensi extra ordinem habitis, quibus cum D.o Rectore
M. Carolo Rollin Interfuerunt DD. MM. Petr. Guichard Theol., Vincentius
Collesson consultiss.us Claud. Berger Salubrium Facultatis Decani; Franciscus
Baillé Honoratus Gallorum, Guill. Jourdain Medicinæ Licentiatus, dos autem
pro venerandâ Normanorum, et Lud.i Renneus de la pierre consultiss.us Germanorum
Nuncii procuratores; Edmundus Younger Syndicus, Mathæus Collet quæstor & Expensarum

1 Postquam D.s Rector exposuit necesse esse pro Re Academicâ
ut cum D.o Tambonneau fiat computatio earum pecuniarum summarum,
quas debet virtutibus, Negotium datum est DD.is Collesson, Baillé, Younger,
et Collet, ut cum dicto D.o de Tambonneau agant cum eosque conquirent,
placuitque eorum fidei ac diligentiæ committi, ut cuique decidant atque
omnium virtutum nomine transigant, prout ijs videbitur esse è re et
virtutum omnium utilitate, atque ita ab amplis.o D. Rectore conclusum fuit.

2 Quod verba facta sunt de M. Gilberto Aber, qui Laudunensis Vicis gerit
Syndici, quæsitumque est, an posthac interesse Comitijs Deputatorum
virtutum, placuit eum non admitti amplius ad comitia Deputatorum virtutum
atque ita statuit ab amplis.o D. Rectore conclusum fuit.

Die 27. octob. In Comitijs præclaræ Facultatis Artium apud Matturinos
horâ 7.a matutinâ de more habitis ad Creandos Censores, postquam D.s Rector
Elegantiss.a oratione exposuit quales Censores esse oportet, quibusque et quam
necessarijs virtutibus ornatos, dimissa fuit ea de re Nationum, ac postea esse
ornatiss.i procuratores retulerunt hos à singulis nationum Electos fuisse

Censores, ab honoranda quidem Gallorum Nat. Ludovicus le Vasseur
virum procuratorium et Collegii Prælles primarium, à Reliqua Picardorum
Nat. Petrum Billet virum quoque procuratorium & Sorbonæ Assessorem Rhetoreq;
à Venerandi Normanorum Nat. Joannes Jacobum le Goubé In utroque
Jure Licentiatum, à Constantiniæ Germanorum Nat. Edmundum Fenel
virum procuratorium, atq; ipsi illi novi Censores solemne Juramentum
In manibus amplissimi D. Rectoris præstiterunt, ex more.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'ENSEIGNEMENT DE FRANCE

DEPOSIT PAPIER
VINSOLAD. LAFRUTTE

PETIT PAPIER
VASORD. LAFEUILLE

PETIT DAPIER
VNSOLAD. LAFEVILLE

PETIT PAPIER
VNSORD. FEVILLE

PAPIER
VNSOLD.
LAEVILL

DETIFF. PAPIER
VISORD. LAFEUILLE

DETIT PAPIER
VANSOLAD. LATEVILLE

DE LA PAPIER
VAN SOLAD. LA FEUILLE

PETIT PAPIER
VANSON D. LA FEVILLE

PERIER PAPIER
VIVORAD. LAFEUILLE

PAPIER
VISOLAD. LATREVILLE

AR

ARCHIVES
36

Univers
58
Conc
1690-16